

W  
7725

III, 16.

216.

III, 16.

DE  
S V M M I S  
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM  
MERITIS

PROGR A M M A . II

NATALI  
AVSPICATISSIMO. ATQVE EXOPTATISSIMO  
SERENISSIMI PRINCIPIS. AC. DOMINI

D O M I N I  
F R I D E R I C I . III  
DVCIS. SAXONIAE

I V L I A C I . C L I V I A E . M O N T I V M . A N G R I A E . E T . W E S T P H A L I A E  
L A N D G R A F I L . T H U R I N G I A E . M A R C H I O N I S . M I S N I A E . P R I N C I P A L I . D I -  
G N I T A T E . C O M I T I S . H E N N E B E R G A E . C O M I T I S . M A R C H I A E . E T  
R A V E N S B E R G A E . D Y N A S T A E . R A V E N S T E I N I I  
E T . T O N N A E

P R I N C I P I S . A C . D O M I N I . N O S T R I

L O N G E . C L E M E N T I S S I M I

P A T R I S . P A T R I A E

L O N G E . O P T I M I  
D . V I I . K A L . M A I I . C I O L C C I  
L A E T O

L O N G V M . I N . A E V V M . P E R D V R A T V R A E . F E L I C I T A T I S . O M I N E  
R E V E R S O . E D I T V M

Q V O  
P E R I L V S T R E S . E X C E L L E N T I S S I M I . A T Q V E . A M P L I S S I M I  
A V L A E . F R I D E R I C I A N A E . A T Q V E . V R B I S . P R O C E R E S

M A E C E N A T E S . I N D V L G E N T I S S I M I

C V R A T O R E S . G Y M N A S I I . S P E C T A T I S S I M I . G R A V I S S I M I  
P A T R O N I . E T . F A V T O R E S . O M N I V M . O R D I N V M

H O N O R A T I S S I M I . L E C T I S S I M I . A T Q V E . O R N A T I S S I M I

Q V A T V O R . P R O B O S . E T . M O D E S T O S . A D O L E S C E N T E S  
P I E T A T I S . I N . D E V M . E T . P R I N C I P E M

L A E T I T I A E . Q V E . P Y B L I C A E . I N T E R P R E T E S  
C R A S . D . V . A U D I T A . P O S T . M E R I D I E M . H O R A . I I I

I N . M A I O R I . I L L . G Y M N A S I I . F R I D E R I C I A N I . A U D I T O R I O  
P V B L I C E . V E R B A . F A C T V R O S . E T . V O T A . N V N C V P A T V R O S  
I N D V L G E N T E R . A C . B E N E V O L E . A V D I R E . V E L I N T  
D E M I S S E . D E C E N T E R Q V E . O R A N T V R

M . I O A N N E . G O T T F R I D O . M O E R L I N O  
I L L . G Y M N A S I L . F R I D E R I C I A N I . D I R E C T O R E  
L A T I N A E . I E N E N S I V M . S O C I E T A T I S . C O L L E G A . H O N O R A R I O

\*\*\*\*\*  
A L T E N B U R G I  
L I T T E R I S . P A V L I . E M A N V E L I S . R I C H T E R I



acta iam Coenobii Franciscanorum ad vnum iuuenum bonam men-  
tem amantia a IOANNE Septemiero donatione, Senatus  
priorum monasterii partem scholae, posteriorem, verbi diuini  
scholaeque ministrorum habitationi definavit, teste Sagittario (a) con-  
firmatus in pio hoc negotio visitatoribus ecclaeiarum Australe et  
Variscorum regionis, Anarico, Dynasta Wildenfelsii, Sebasitiano a  
Korteriz, Daniele a Feilisch, Eobaldo a Brändenflein, Henrico ab Einfiedel, Dieterico  
a Starchedel, Georgio Spalatino, Antonio Mufa, et Wolfgango Fusio, quorum no-  
mina in luculentissimo de Lutheranismo opere Seckendorfiano (b) leguntur. Ita iam par-  
tatis constitutio omnibus, de viris ad iuuanum rem scholasticam idoneis sollicita fuit  
patronorum cura. Duos inter prima huius scholae initia pueritiae formatores fuille con-  
stitutos Sagittarius commemorat, Rectorem et Baccalaureum, quibus postea duero an-  
norum interculo plures acceperint. Quis autem primus scholam recent ordinatum rexe-  
rit, quis primus Baccalaureus fuerit, variantes sunt relationes. Sagittarius ambigit, Hir-  
scholdi in Coll. Altenb. autoritate permotus, Godofr. Ludouici (c) M. Andream Mis-  
enum, Altenburgensem, primum Rectorem facit, Diodorum (Dietericum) Reissmannum, se-  
cundum, M. Michaelm Chilianum, Noribergensem, tertium. In scheda quadam Recto-  
rum reliquorum Magistrorum seriem exhibente, nominantur Vitus Pempelius, Dio-  
dorus Reissmannus, Michael Kilia, cui fidem facere videtur etiam ea, que foeritis-  
simus olim rerum Altenburgicarum indagator, Fridericus Guntherus Foerster, SER-  
ENISSIMI FRIDERICI SECUNDI a biblioteca Altenb. incredibili labore con-  
gessis in MSCto opere, quod in Curia Senatoria custoditur, qui Capite von der Schule  
im Franciscaner Kloster, eodem ordine Vitum Pempelium, Diodorum Reissmannum, Mi-  
chaelm Kilianum ponit. Ut ingenue profitear, quid mihi quidem, rectiora monen-  
tem lubentissime audituro in hac narratione ambiguitate videatur verisimile, discimani  
attendum opinor Rechorum, qui primi fuisse leguntur ab initio reparatae doctrinae  
fanctioris, quae feliciter anno XXI. Sec. p. C.N. XVI. vrbi huic obtigit, et eorum,  
qui primi in schola Franciscana a Kalendas Februario c. 1590 exsistenter, nisi  
forte starvare placeat, initio Bartholomaeanae, postea Franciscanae scholae Rectores fuisse  
le Misenum et Reissmannum.

Ad Virum Pempelium quod attinet, ad annum usque c. 1590 XXIX. in schola Ni-  
colaitana cum docuimus pueros puerisque extra controverson videtur esse. In diuina  
quadam ab ea, ad quam supra pronocauit, Iched (d) haec de eo scripta sunt: In der  
noch ietzigen unteren Knaben-Schule bat Vitus Pempel Smoenellis, ein verlebter, vnd allein  
ubrig, Minnich zu S. Niclas, Knaben und Maedlein unter einander, an der Zahl 30 oder 40.  
taeglich 2 oder 3 Stunden unterwiesen. Derowegen E. E. Rath fur ihn vnd seinen Famulun wö-  
chentlich 10. gh. dem alten Wolfgang Kretzigen, Pfleßbauer, Tisch- Gedeck entrichtet. Item  
was er sonst bedurft, 2 gl. fur 2 Brillen: 2 gl. 3. d. baar Schuke etc. Und was ermit den Fa-  
mulo extra vff ein Kerbholz aus dem Witz-Keller lassen abholen, als t. N. Schlock 37. gl. 3. d.  
für 30. Kannen Bier zu g. d. off 17. Woehen lang etc. 6 d. Kämmlein Wein, als er krank wor-  
den, 4 gl. zu Läbung an der Apothek. 3 gl. sein Grab in dem Creuzgang zu erhalten, als er anno  
1590 verstorben. Quae si ita sunt, vel plane in schola Franciscana non docuimus Pempelius  
eodem quippe anno definitus, quo ea dedicata est, vel per breuissimum tempus docuit.  
Prinus supicari etiam Sagittarius videtur his verbis: Nicolaitana, a templo Nicolas dedicato tra-  
dicta, de qua non babes, quae referam, nisi quod a. 1590. eius vendita, accepto octodecem faxe-  
narum nostrarum pretio, quod factum supicere, Mortuo Vito Pempelio, Schmoelleris,  
Monacho veterano ad S. Nicolai, quem pueros docuisse veterum tradidit traditio; Posteriorum  
coniecturam beati Foersteri manus non finit esse proflus incredibilis. Perpetua-  
vimus omnes perfylli, in quo situs dicitur Pempelius angulos, si quam forte  
huius rei fidem temporisque emortualis pleniorum notitiam inuestigare possemus, sed  
frustra operam impendimus.

Andreas Misenus plane quidem in scheda illa Rechorum indice, et a Foerstro omis-  
sus est; sed in alia charta veruifore, Paftores et Superintendentes Palaeopyrgi noſtri  
continente, n. VI, haec leguntur: ANDREAS MISENVS Altenburg. Primus Scho-  
last Patriae Rechorum. Deinde Ecclesiastes postea Vice-Superintendent. Is dimisus est d. poſt o. Lae-  
tare A.C. 1568. + Superintendens Leucopetraceus A.C. 1571. Plura et pleniora de eo exhibet  
Müllerus (e) Mylänia Varificus ab anno c. 1590 CLXXXVI. usque ad c. 1590 CXCI. Re-  
ctor, inde Diaconus, postea Archidiaconus de Fridericiano noſtro CHRISTI que ec-  
clie egregie meritus, cuius haec sunt verba: Poſt eum (M. Alexium Brefnicerum) M.  
AN-

(a) PAVL. MART. SAGITTARIUS in differt. de scholis publicis Altenb.

(b) V. L. B. de SECKENDORF in Hist. Lutheranismo p. 884.

(c) GODOFR. LVDOVICI Hist. Gymn. et schol. celeb. P. IV. p. 194. fq.

(d) inseram eam etiam LVDOVICI Hist. Gymn. et Schol. P. IV. p. 150. legimus.

(e) M. IO. MVLLER in Schedijsmata de Altenburgensis Ecclesiae Praefulibus.

*Andreae Miseni Altenburgensis fieri debet mentio, qui eruditione non pro-  
letaria in illius Leucorea rinclus, Scholae in Franciscanorum corambo recente ordinatae  
Rektor ab urbis nostrae Senatu a. MDXXX vocatur est. Sicut autem postea in obsequiis Ecclesiae munis  
Brefnicerum est fecutus; ita etiam in exsilio pulsi Superintendentis locum a. MDLXII imperava-  
vit, quem quidem et eidem a. LXIX, quo Colloquium inter Electorales atque Ducales Theologos  
in urbe nostra haberi coepit, renovato vacuefecit iterum, Leucopetram XVI Novembr. binc diffe-  
dens, ubi usque ad vitam suam terminorum, annum nempe MDLXXI Superintendentis Ecclesiae praefec-  
tus. Per ipsahinc quidem typographicum annum c. 15 xxx initii officii numeratum  
esse putat Godofr. Ludowici, iis forte inductus, quae apud Schlegelium (f) extant:  
Spalatinus anno 1522 ad Iacob. Camerariam fertur: Salutem te charissimum meum tanquam filium,  
*Andreas Misenus, Primus Ludi nostri Altenburgensis Magister.*  
T. 3. Ep. Eob. Hespi a Camer. edit. F. Sed expedita est ratio. Primus ludi magister fuit Mihius  
a reformatione Ecclesiae, forte in Bartholomaeana schola. Sed cum illa postea in Fran-  
ciscanorum Monasteria translatam sit, quid obstat quo minus Misenum a Senatu voca-  
tum in hanc suam statuanus? siue a prima statim vocatione in Bartholomaeana per-  
petuo manferit, siue post aliquod tempus ex ea digressus, locum interea alii in illi fe-  
cerit, posteaque redierit.*

Venio iam ad Diodorum Reismannum. De hoc quae sequuntur relata legimus:  
anno 1526 iste Schulmeister und Baccalaureus angenommen, denen beyden für Kost und Beförderung  
jährlich 60 fl. verordnet: dem Schulmeister auch ein Neufchrock auf die Hochzeit verbrieft worden.  
Fuisse hunc Reismannum, fuisse huic etiam initio Bartholomaeanae moderatorum, ex eo  
patet, quod Sagittarius tenuit eum in rationibus aerari ecclesiastici ultimum nominari:  
Miseno successore, credit Schlegelius (g) anno c. 15 xxv circa Michaelis festum, Lutheri et  
Melanchthonis commendatione Rektorem Altenburgum vocatum, quod ipsum etiam ideo  
videtur esse verisimilis, quoniam anno c. 15 xxvi ab officio iam removitus est, unde minus  
minus probabile est, quod Sagittarius scribit, ei in iugis anno c. 15 xxvi demum celebratus  
vnus hexagenam nouam gamelii loco oblatum esse. Fuisse eum narrat Schlegelius, inquietus  
et elati animi hominem, qualiterque suo non contentum, litteris aculeatis, dum ibi vivens, non for-  
sum Senatum et imprimit Confitemur Scholae inseparabili, sed et iam ab officio cuius fuerit re-  
motus, mordaci scripto se excusat in Senatum traducentem, cui titulus: Eine Schrift an die Erba-  
ren und Weisen, die Eltelen der Gemeine und drey Rethen zu Altenburg, Wittenberg anno 1526. q.  
Ei vero Valentinus Kolthorn scriptum ciuitatis altius studiorum (f) approbasse: Antwort auf das  
laßterliche Schmäcklein etc. cod. anno. 4. Abens, quae eiusmodi fuit omnia, ut fere dubi-  
tem, an unquam Franciscanorum scholae fit admotus, nisi forte resipuerit, magisque indu-  
car, vt credam Misenum ab anno c. 15 xxv usque ad annum c. 15 lvi, quo Chilianus ac-  
cessit, ei praeufige, vel certe usque ad annum c. 15 lli, quo Brefnicerum eum in obe-  
dientia Ecclesiae munis fecutum scripsit Müllerus. Si enim chartam illam, Pastores et Super-  
intendentes commemorant, inspicimus, plana et perspicua evadunt omnia. Morro  
anno c. 15 xv Georgio Spalatinus, M. Augustinus Himmel ex Archiepiscopatu Colonieni  
oriundus succederat, huic anno c. 15 lli humanis rebus Alexius Brefnicerus Cot-  
ubianus Vandalus, iam anno quadragesimo sexto Neukircha, pago Crimmitcheni op-  
pidulo propinquu, vt M. Eberhardi Brügeli, Ecclesiastae anno quadragesimo quinto, pauci-  
us post Spalatinum obitum diebus exstincti vicem ageret, arcessius (h), succelror datus fue-  
rat. Brefnicerum ex Ecclesiaste anno c. 15 lli factum Ephorum, eodem anno in Ecclesiastae  
munere exceptit Misenus, unde nihil plane restat dubium, que minus statum, eum ad  
annum certe tertium et quinquagintaum in schola nostra docuisse.

Qui iam sequitur M. Michaél Chilianus ab anno c. 15 lvi rem scholasticam curauit  
Altenburgensem, antea scholasticus Lipsiensis, postea, vt Schlegelius (i) putat, scho-  
lae Bornensis, Spalatin a Melanchthoni commendatus, tandem Altenburgensis, Rektor.  
verba commendationis ex selectis Melanchthonis epistolis a Pencero editis p. 434. haec al-  
legat Schlegelius: *Hic scholasticus Lipsiensis scribit solutam orationem et versus satis eruditus.*  
*Nun orat, ut praeficiatur scholae Bornensi. Nam is, qui fuerat accessus, mortuus est.* Videtur  
autem hic Chilianus modesto et bono ingenio praeditus, et politetur se non sive contumacem adver-  
sus te et concionatores, ideo cum tibi commendo. Rektor iam Altenburgensis scholae, a morte  
Spalatini filiam eius Annam, natam anno c. 15 xxxi in matrimonium duxit, teste Schle-  
gelio (k) a matre adhuc superflite et admiribus elocatam, ex qua suscepit Georgium et Bal-  
thasarem arte salutari celeberrimos et Euam Ambrosii Reudenii, postea Theologiae Do-  
ctoris et Professoris in inclita Salana conjugio felicem (l).

Haec

(f) CHRISTIAN. SCHLEGELIVS in Hist. vita GEORGII SPALATINI p. 139.

(g) IDEM l.c.

(h) conf. LUDOVICI Hist. P. IV. p. 173. 174.

(i) SCHLEGELIVS in Hist. vit. Spal. p. 139. 140.

(k) IDEM p. 139.

(l) conf. M. IO AD. WEBERI Collegae nostri coniunctissimi Einleitung in die Historie der Latin.

Sprache p. 540.

Haec de primis scholae nostrae Rectoribus ideo paulo vberius et fuisus commemo-  
randi duxi, vt ordinis eorum, si non plane, aliquo tamen modo constateret ratio. Progre-  
dior iam ad scholae Baccalaureos quorum inter prima eius initia primum facit Sagittarius  
Ioannem Mattheium Rochlitzensem, post Rectorem et Paftorem in valle Iachimica. Sed  
Foersterus in mſto. opere ſapiens a me laudato, habet, omiffo praenomine, Koerner 1529.  
et Mattheium huic ſubiungit, anno quippe clo 1530. huic delatum, vnde ſupplenda  
fuit, quea Melch. Adamus (m) de eo ſcripsit, euocatum nempe Wittemberga, primum  
munus ſcholaſticum in valle Iachimica ſuſcepit. Wittenberga quidem in valle Ia-  
chimicam ad munus ſcholaſticum fuſile euocatum non nego, fed primum illud non fuſile,  
verba ſchedae ex qua ea, quea de Vito Pempelio ſupra ſcripsi, haui, tentatur: 1529. *ſt noch ein Baccalaureus diſten beiden zugeordnet worden, (Ioannes Mattheius von Rochlitz) welcher nach drey Jahren wieder nach Wittenberg ſich begeben: daſelbſt in Magdeburg promouret, und zum Pfarrer in S. Ioaachimi- Thale erwehet werden, A. C. 1534 am Tag Catharinae.* His, Rectori  
et Baccalaureo, paulo post accipit Cantorem Sebatiānum narat Sagittarius, annum ex-  
primit Foersterus 1540, et Conrectorem ſue Supremum M. Schnabel 1549, quo cum etiam  
concordat alia ſchola, quae inſcribitur: **SUPREMVS** (*bodie Con-Rector.*)


Hanc de primis ſcholae nostrae praecceptoribus commentationem, utpote que et ipsa  
ad illuſtranda **SERENISSIMI FUNDATORIS** in rem Altenburgenſium ſcholaſticam  
immortalia merita quodam modo pertinet, propterē meritorum **DIVI IOAN-  
NIS FRIDERICI** commemorationi praemittendam ratus sum, quamquam plerique,  
quos reſenſui, ſub hoc flourerint, quoniam adeo a ſeſe inuicem variantes deprehendi re-  
lationes, vt, quamvis omni adhuc studio, tamen confidenter adſerere non auſum, omnia  
facta a me elfe expedita. Gratular **SERENISSIMAE DOMVIRE REGNATRICI** Gra-  
tulari vniuerſae patriae, grauor denique mifis noſtriſ, diem cui hoc, quidquid eft opelle  
deuotum eft, **NATALEM** nimurum **SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI FRIDERICI III. DVCIS SAXONIAE. IVLIACI. CLLVIAE. MONTIVM. ANGRIAET. WESTPHALIAE. LANDGRAFII  
THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPALI. DIGNITA-  
TE. COMITIS. HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAE. ET. RA-  
VENSBERGAE. DYNASTAE. RAVENSTEINIL. ET. TONNAE.  
PRINCIPIS. AC. DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI**  
laeto longum in aeuum perduraturam felicitatis publicam omine reuerſum eſſe. Ad Annam  
Peranam Romanos sacrificatum iuſſi, vt amicoſe perciunareque commode licet,  
genialibus praelertim diebus, ex Macrobio (n) conſat: *Noſtrum eft DEO O. M.*  
pro ſalute et vita PATRIS. PATRIAE. OPTIMI et gratia agere et in poſterum  
iupicare. Facient hoc illuſtris FRIDERICIANI noſtri nomine quatuor probi mode-  
ſtique adoleſcenti ſetelli ordinis eius **AVGVSTVS. GOTTHELF. ERNST. HERTEL  
Roſſiens. FRIDERICVS. GVLIELMVS. IHMANN** Drefdens. **IOANNES  
GOTTHELF. HVBLER** Roſchlitziens. **SAMVEL. HENRICVS. NEHLER** Frey-  
ſadio ſteſſus, quos ut pro veftra in rem literaria graua et bencuolentia, VOS PER-  
ILLVSTRES EXCELLENTISSIMI ATQVE AMPLISSIMI AV-  
LAE. ET. VRBIS. PROCERES. MAECENATES. INDVLGENTI-  
SIMI. CVRATORES. GYMNASI. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI.  
PATRONI. ET. FAVTORES. OMNIVM. ORDINV. HONORATISSIMI. LECTISSIMI. ATQVE. ORNATISSIMI. CRAS. D. V.  
AVDITA POST MERIDIEM. HORA. III. in maiori illuſtris FRIDERICIANI  
noſtri auditorio publice verba facturos et vota iuncupitatuſ propensa voluntate frequen-  
tes audire velitis, demiffē decenterque oro.

**IOANNES. GOTTHELF. HVBLER.** Ideam optimi Principis a Plinio deli-  
neatam, exemplo **SERENISSIMI PRINCIPIS. FRIDERICI. III.** illuſtrata  
tam exhibebit *Oratione Latina.*

**FRIDERICVS. GVLIELMVS. IHMANN.** Aula Gothanae magnificētiam fa-  
pori elegantioris ſeculi exquifitissime accommodatam praedicabit *Oratione Gallica.*  
**AVGVSTVS. GOTTHELF. ERNST. HERTEL** Immortalia **DIVI FRIDE-  
RICI. II.** in rem publicam merita canet *Carmine beroico Latino.*  
**SAMVEL. HENRICVS. NEHLER.** Rerum DIVO. FRIDERICO. I. geſta-  
rum magnitudinem venerabitur *Oratione vernacula.*

(m) **MELCH. ADAMVS** in vit. Theol. p. 193.

(n) **MACROBIVS.** Saturn. I. c. 12.



*Wf 1725. 40*

*UDR*

ULB Halle  
006 753 418

3





DE  
S V M M I S  
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE  
IN. REM. ALTENBURGENSIUM. SCHOLASTICAM  
MERITIS

PROGRAMMA. II

NATALI

AVSPICATISSIMO. ATQVE. EXOPTATISSIMO  
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

D O M I N I  
F R I D E R I C I . I I I  
D U C I S . S A X O N I A E

MONTIVM. ANGRIAЕ. ET. WESTPHALIAЕ  
GIAЕ. MARCHIONIS. MISNIAЕ. PRINCIPALI. DI-  
HENNEBERGAE. COMITIS. MARCHIAЕ. ET  
GAE. DYNASTAE. RAVENSTEINII  
ET. TONNAE

A C. DOMINI. NOSTRI

LONGE. CLEMENTISSIMI

R I S. P A T R I A E

LONGE. OPTIMI  
VII. KAL. MAI. cLo I Lo CCLI  
LAETO

PERDV RATVRAE. FELICITATIS. OMINE  
REVERSO. EDITVM

QVO  
CELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI  
CHIANAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES  
TES. INDVLGENTISSIMI

ASIL. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI  
FAVTORES. OMNIVM. ORDINVM  
LECTISSIMI. ATQVE. ORNATISSIMI

VT  
OS. ET. MODESTOS. ADOLESCENTES  
ATIS. IN. DEV M. ET. PRINCIP EM.

VE. PVBLICAЕ. INTERPRETES  
VDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III

MNASII. FRIDERICIANI. AVDITORIO  
ACTVROS. ET. VOTA. NVNCVPATVROS  
ER. AC. BENEVOLE. AVDIRE. VELINT  
SE. DEGENTERQVE. ORANTVR

A  
GOTTFRIDO. MOERLINO  
VASIL. FRIDERICIANI. DIRECTORE  
VM. SOCIATATIS. COLLEGA. HONORARIO

\* \* \* \* \*

ALTENBURGI

LITTERIS. PAVL. EMANVELIS. RICHTERI

